



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 24. De Synodo Tridenti prosequenda Romæ actum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI. qui etiam in Augustanæ confessionis
A.C. 1550. ministros culpam rejiciebant, eoquod illi
 populum ab eo decreto perinde, ac si
 cum sacriss literis pugnaret, absterre-
 rent: caussabantur etiam Sacerdotum
 penuriam, & magistratus negligentiam,
 qui formulam contumeliosis concioni-
 bus, & libellis impune proscindi patiun-
 tur; vitam denique Ecclesiastici ordinis
 obtendebant plerisque in locis impur-
 ram, quæ adeo non boni exempli est,
 ut potius offensionis caussam præbeat.
 His ita reposuit Cæsar: continuata
 Tridenti Synodo istis malis remedium
 opponetur; mox enim Papa illam rur-
 sus instaurabit.

§. XXIV.
*De Synodo Tridenti prosequenda
 Romæ aëtum.*

Pallav. l. II. **E**nimvero hujus rei sollicitudo Sacrum
c. II Purpuratorum Collegium Romæ
Spond. l.c. jamjam per tres Menses distentum te-
n. 3. nebat: tandem vero Nuntius appositas
 Protestantum conditiones a Cæsare e-
 doctus Pontificem de Imperatoris vo-
 luntate certiorem reddebat, simulque
 significabat, quod Cæsar vehementer
 optaret, ut saltem, quamprimum Patres
 congregabuntur, de decretorum firmitate
 sermo fieret, hacque ratione placaren-
 tur

tur illi, qui sese Synodo opponerent. Sæcul. XVI.
 Verum censebat Pontifex, quod res in- A.C. 1550.
 ffecta videretur, nisi vetera recipiantur
 decreta, quinimo haud obscure præ-
 senserat, quod frustra, si defuper statim
 ab initio disceptatio moveatur, inani
 altercatione tempus tereretur, ac deni-
 que res eo deveniret, ut nulla re ple-
 ne decisa Synodus omnino dissolvere-
 tur, atque ex generali dubio, an omnia
 hæc decreta forent recipienda, facile
 circa singula novæ nascerentur dispu-
 tationes, & aliunde Pontifex, si hac in
 re suum judicium vellet interponere,
 suspectus haberetur, eoque olim pri-
 mus Synodi Legatus fuisse, atque ex
 eadem hac cauſſa præcipiuſ horum De-
 cretorum Auctor haberetur. Ponde-
 rabat insuper Pontifex, quod unice, si
 hujus articuli decisio vehementius ur-
 geretur, id ad creandas molestias, no-
 vasque difficultates fuscitandas condu-
 ceret, quapropter maluit rem ita in suo
 diplomate dirigere, ut Decreta Tridenti
 fancita a Germanis fuisse recepta, suppo-
 nere videatur.

§. XXV.

*Julii III. Diploma pro Synodo Tri-
denti continuanda.*

Hac igitur ratione Pontifex ad Caro- Pallav. l. II.
 lum V. diploma transmisit, quod c. II.
 L 4 die